

SIGISMUNDI STORCHENAU

IN ACADEMIA VINDOBONENSI

LOGICÆ ET METAPHYSICÆ

PROFESSORIS PUB. ORD.

INSTITUTIONES

METAPHYSICÆ

LIBER III. IV.



VENETIIS

Epyüs Andreae filiique Santini

1855

## PROLEGOMENON

### IN PSYCHOLOGIAM.

QUID PSYCHOLOGIA - ET QUOTUFLX - QUAR EJUS UTILITAS?

I. **P**ychologia, λογος της της φυσης, aliud non est, quam scientia animae.  
*Schol.* Animam non modo hominibus, sed et bellinis tribuimus; utrumque igitur natura, ac proprietates hoc loco investigandas veniunt. Verum quanto illa hac praestat, tanto ampliorem ipsa pertractationem postulat; praesertim cum facultatibus animae humanas distincte explicatis maxima pars disputationis de bellina detrahatur. Quare hoc in argumento ita versabor, ut quae de anima nostra vi intelligentiae naturali cognosci possunt, ordine uberiorius persagar; quae vero de bestiarum anima dicenda supererunt, appendicis loco ad extremum subnectam.

II. Quae de anima humana via naturali cognosci possunt, ad duo potissimum capita revocantur. Alla subsidio sensus intimi, seu experientiae internae; alia legitima ratiocinationis ope patet; quare psychologia omnis in duas generatim partes rectissime distribuitur. Una est *empirica*, quae principia per experientiam nota constabili: altera *rationalis*, qua illis fundamenti loco substratis interiorum animas indolem ratiocinando concludit. Inde vero simul patet, utramque ita consolandam esse, ut illa hanc antecedat.

*Schol.* Praestantiam hujus disciplinae multis commendat Tullius *De leg. l.i.c.19.*); qui seipso novit, primum aliquid se habere sentit divinum ingeniumque in se suum, sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit, tantumque munere Deorum semper aliquid dignum et faciet, et sentiet. Et cum se ipse perspezeti, totumque tentari, intelliget, quemadmodum a natura subornatus in vitam venerit quantumque instrumenta habeat ab obtinendam adipiscendamque sapientiam, quantum principia rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo, a mente conceperit. Et sane, si id, quod in veteri proverbio est, nosse se ipsum artem esse omnium maximam, obtineat, ut certe obtinet, insciari nemo poterit venire ipsam in eorum censem, quae principem in humanis scientiis locum teneant. Quod si longiori esse licet, enumerare singulatim emolumenta, quae inde in theologia non naturali modo, sed illam etiam, quae sublimiora mysteria scrutatur; in ius naturae ac universam philosophiam moralem; in aesthetiam litterasque eleganter redundant; docerem deinde funestis multorum exemplis, in quot, quamque absurdos errores illo prolabantur, qui crassa nobilissimae hujus disciplinae ignoratione tenentur. Verum haec omnia attento lectori per se esse perspicua fient.

cologiae empiricae argumentum totidem sectionibus pertractandum constituit.

*Schol.* Non inferior equidem ad hanc psychologiae partem ea quoque pertinere, quae nobis de actionum animae cum certis corporis motionibus consensione per experientiam nota sunt: at ista bona lectorum venia, quam, ut spero, non inviti dabunt; in eum alterius partis locum transferam, ubi de commercio animae cum corpore agendum erit: ut enim eorum per tractatio hic incommoda foret, ita ibi ob argumentum connexionem magnam obtinebit claritudinem,

## SECTIO I.

## DE FACULTATE COGNOSCENDI.

QUID FACULTAS COGNOSCENDI — ET QUOTUPLEX — QUAE SECTIONES PARTITIO?

**V.** *Facultas cognoscendi*, seu *percipiendi* est ea animae facultas, qua ipsa sibi ideas rerum comparare potest, actioque illa, qua idea, sive representatio efficitur, cognitio sive perceptio audit.

*Schol.* Juverit hic attente recolere ea, quae de idearum differentia tam materiali, quam formali in logica dicta sunt. Discrimen autem internotiones, et idem a Wolfo, aliquique statutum non moror; putant illi vocabulum *notiones* representationibus solum abstractis, et universalibus; *ideae* singularibus convenire. Sed quoniam quod graecis idea, latines, natio dicitur, utrumque eiusdem esse potestatis videatur.

**VII.** Ideae nostrae vel obscurae sunt, vel clarae; atque haec rursus vel confusae, vel distinctae (§§. 52. 55. log.); inde philosophi facultatem cognoscitivam animae nostrae in duas veluti partes distribuunt. Una nempe *inferior* quas ideas obscuras, aut claras, sed confusae; altera *superior* dicitur, qua ideas distinctas animo informamus.

*Schol.* Cum ordo, ut aijunt, sit anima rerum, necesse habeo, ut praesentem sectionem in rursus membra dispersim, in quorum altero de inferiore in altero de superiori cognoscendi facultate agam. Iis porro nequaquam repugno, qui facultatem cognoscendi superiorem eam vocant, qua objecta *insensibilia*, vel etiam sensibilia, sed sub ratione, qua sensus afficer nequeunt: inferiore autem, qua objecta *sensibilia* percipimus: tametsi enim verbis discrepant, re tamen ipsa non dissentunt.

## MEMBRUM I.

## DE FACULTATE COGNOSCENDI INFERIORE.

QUAE SUMMA HUJS MEMBR?

**VIII.** Objecta idearum obscurarum, et confusarum vel nobis praesentia sunt, vel absentia; illa *sensu*, hacte *phantasia* percipimus.

*Storchenau Metaph. Lib. III.*

## PSYCOLOGIE.

## PARS I.

## EMPIRICA

DE HIS QUADE ANIMA HUMANA PER EXPERIENTIAM  
NOTA SUNT.

QUID PERCIPERE, CONSCIUM ESSE, ET COGITARE?

**III.** *Ego* repräsentat mihi res varias tum a me, tum inter se diversas, nec ad me pertinentes, atque ideas tamquam extra me positas, hancque diversitatem clare agnosco. Cum eas res mihi repräsentat, earum similitudinem, sive imaginem quamplam, quam ideam vocant, in me inesse exterior, atque *ego percipere*; cum eas a me: *mei mihi conscius*; cum eas ab eo invenire, *earum rerum mihi conscientia*; cum denique horum aliquid efficio, *cogitare* dico: *ego itaque cogito*.

*Schol.* Vocabulum *cogitare* diversam apud philosophos potestatem obtinet. Cartesius eo sine discrimine usus est ad quavis mentis actiones ipsas adeo volunties denotandas. Leibnitius soli personationi cum conscientia, sive ut ille quidem loquitur, cum *apprehensione* conjunctae cogitationis nomen imposuit. Alii, quos ego mihi sequendo proposui, medium viam incedunt, atque eo nomine solam, et omnem perceptionem id est, quidquid ad eam referuntur conscientiam, judicium, ratificationem, compellant. Nominis tamquam Leibnitianae opinionis detractum, eam enim ratio ne non destituit vel inde patet, quod vulgo nihil nos cogitare prouinciemus, cum in varia distracti nullam idei animo praesentibus attentionem adhibemus.

QUID ANIMA?

**IV.** Vocabulum *ego* notat hoc loco ens illud, quod cogitat, atque istud *animam* compello.

*Schol.* Non est, cui in admittenda hac definitione quispiam ex eorum etiam grege, qui de animae indole absurdissime sentiunt, tergiversetur: est ea nominalis tantum, ac eum in finem allata, ut de quo sermo sit, constet. Cujus porro ens istuc cogitans naturae sit, altera in parte discutiemus.

QUID HUJS PARTIS ARGUMENTUM?

**V.** Quaecumque duce experientia in anima nostra comperimus, ea vel ad perceptions, vel ad appetitions, et aversations; vel ad voluntiones reverti possunt: cum igitur ex actionibus facultates entis patescant (ont. §. 130.) distributione maxime generali tres animae facultates tribuendas esse censeo, *cognoscendi* unam; *appetendi*, et *aversandi* alteram; tertiam volendi. Distincta harum explicatio phy-

Primum igitur facultas cognoscendi inferior sensum, et phantasiam, id est, facultates sentiendi, et imaginandi complectitur. Porro cum de phantasia agitur, praetermitti non debent ea quae de insomnis soita digna occurruunt; denique memoria, facultas maxime affinis, huc pertinet. Quatuor igitur capitibus membrum istuc constabit.  
**Schol.** Quo autem pateat, quatenus haec de facultatibus animae tractatio proprie pertineat, haec ex Boehmia habet (*Psych. emp. s. c. 1. §. 348.*). *Inquisituri nunc, ita illę in diverso, quibus anima percipit, modos comprehendemus unquamque facultatem secundum certas exercitii regulas ex communis aliquo, et generali principio determinabiles.* Appellabimus igitur nunc illas regulas facultatis, *hoc vero eius legem v. g. Propositione: quo res sunt remotores, eo videntur minores, et obscuriores, et regula visus; propositione vero: visio explicabilis est ex imagine in oculo delineata, est lex visus. Ejusmodi regulas, et leges numero investigabimus.*

## C A P U T L.

## De facultate Sentiendi.

QUID CORPUS HUMANUM - QUAE EIUS PARTES AD SENSATIONES NECESSARIAS?

**IX.** Ad me pertinent ens quoddam compositum, et extensem; ut enim exterior me cogitare, ita quoque experior me actiones quoddam edere, quae enti solum compito convenire possunt. Ens hocce compositum *corpus humanum* appellamus.  
**Schol.** Nemo a me ampliore corporis humani descriptionem postulet: pertinet ea res ad illos, qui anatomie operam dant. Id solum jure quoddam peti potest, ut eas partes, quae ad sensationes, de quibus sagimus, efficiendas necessariae sunt, paulo accuratius exporam; ad has vero partes cum primum referantur *organia sensoria*, quae vulgo *sensus externos* vocant; tum *nerii*, ac *cerebrum* et quod in eo latet, *sensorium commune*; igitur de his jam breviter agendum.

QUAE, ET QUIT ORGANA SENSORIA?

**X.** *Organia sensoria* *de sensu*, sunt eas corporis humani partes quarum motionibus ab obiecto externo convenienter earum structae excitatis anima ad percipiendas sensibiles corporum qualitates determinatur. Cujusmodi sunt quinque: *cutis, oculi, aures, naris, lingua.*

QUID NERVUS?

**XI.** *Nervus, nups,* ut ait Boerhavus in *prael. acad. de morb. nerv.* edit. a Jacobo van Ems Medico Leidensi anno 1762. Francof. et Lips. est corporis pars orta ex medulla cerebri, cerebellique, medulla oblongata, et spinali, et inde prorecta ad omnes fere corporis partes firmas, forma chordarum, vel funicularum: *nervum tenuis, sed ubique laxus procedit.*

**Schol.** Nervi hi, quemadmodum docet Christianus Vaterus Archiatus Anhaltinus (*Physiol. exper. sect. 7.*) sunt fasciculi e fibris pluribus collecti, crassiores alli, alli teneriores, per totum corpus dispersi; quorum hi sensationes, illi motibus perficiendis servient; habent vascula sanguinea licet, exiliissima inter fibras et tunicas disseminata, ususque eorum est, ut per hos quasi canaliculos fluidum illud spirituosum, seu succus defaecatissimum in cerebri medulla secretus, non solum sensationibus, et motibus animalibus, sed humor quoque reliquorum digestionibus in visceribus destinatus ad omnes corporis partes deriventur; eundemque omnes nervi suorum vehunt, qui tamen pro diversa partium structura, quibus advehitur, modo sensationis, vel motui tantum, modo utrius simili, modo succorum aliorum secretionibus perficiendis inserunt. Porro de illis solum nervis mihi hic sermo est, qui ad organa sensoria se porrigit, vel potius, qui per diversam, quam ultimo obtinunt structuram ipsum organum constituent, quo fit, ut cum organum ab obiecto externo pulsatur, nervus ipse, siuidemque in eo contentum ad motum quoque concitetur. Nervi hi ab ipso organo nomen acquirent, as alii *optici*, alii *aesthetici*, alii *olfactorii* alii *gustatorii*, alii *tactus servientes*, dicuntur, omnesque, uti ejusdem sunt materiae cum cerebri medulla, ut potius ejusdem propagines teste Boerhavio, ita quoque in cerebro oririuntur, de quo nunc.

QUID CEREBRUM - QUID CELLSBELLUM, ET CORPUS CALLOSUM?

**XII.** *Cerebrum* est: *viscus vasculosum, et fibrosum, ex meritis vasculis, canalibus, et fibrillis mirificae contextum, nec non variis anfractibus, sinibus, et carnicibus instructum;* deinde tunicus et calvaria optime munitum, in quo succus spirituosus, et subtilissimus sensibus potissimum, et motionibus necessarius, et sanguine separatur, et ad omnes universi corporis partes mandatur. Ita Vaterus (*L. cit. s. 8. c. 14.*).

**Schol.** Totius cerebri moles in tres insigniores partes distribuitur: anteriorius duae duo velut hemisphaeria constitut: quod proprio *cerebrum* est; his ex postica parte accumbit quasi novum, et singularare *cerebrum*, *cerebellum* ab anatomice dictum. Duo cerebri hemisphaeria circa medium inferius una eademque basi, corpore candido, et duruisculo, quod propterea *callosum* vocant, junguntur. Atque hinc nervorum origo repetenda videatur; hoc quippe *corpus callosum* est fibrosa medullae cerebri basis candida, et duruiscula, atque nihil reapse aliud quam ipsarum fibrarum medullarum fasciculus, vel trunca, ubi fibrae istae sive tubuli nervi vele duobus hemisphaeris anterioribus concurrunt, ut paulo post facti prius sinibus, et collulis cum fibris ipsius quoque cerebelli a latere concurrentibus medullam oblongatam, et caudicem omnium nervorum constituant. Truncus nempe hic ulterius oblongatur, et finis, vel caudae equinae instar occipitis foramen egre-

8 diens per totam spinam ad os sacrum excedunt; unde medullas spinalis nomen acquirit, et aliud non est, quam ipsissimum cerebrum prolongatum, iisdem usibus, ac nominatim nervorum per universum corpus distributioni destinatum; inde enim nervi ad organa sensoria omnesque alias firmas corporis partes descendunt. Ex cerebro igitur, et ex cerebello nervi prodeunt; sed quod notatum dignissimum, qui in cerebello originem habent, destinantur solum ad eas actiones, quas vitales et naturales compellamus, ut sunt chylificatione, sanguinificatio, motus cordis, arteriarum, intestinorum etc. Quovis ex cerebro prodeunt, sensationibus et motibus spontaneis, quas actiones animales dicunt, inserviant; experientia enim constat, seco[n]do nervos ex cerebro prodeunt sensationem, aut motum spontaneum impediti; contra, rupio nervo ex cerebello proveniente tolli actiones naturales; vid. Villius (*Anatomia cerebri*, c. 15.). Quin adeo functiones cerebelli a functionibus cerebri non determinantur, aut viceversa, ut etiam sine vita amissione cerebrum perforari, aut extiri possit; ubi contra cerebello vulnerata, tametsi cerebrum integrum persistat, vita illico extinguitur. Compila hujus rei exempla Wulfius refert. Inde in humine, et bestiis perfectioribus eadem est cerebelli forma, licet cerebrum, et oblongata medulla plurimum saepe structura differant; est praeterea cerebrum majus in hominibus, quam in belluis etiam ingentibus; in his vero eo majus, que magis ipsarum actiones ad actionem humanarum similitudinem accedunt. (*Vernus ige Gedanken von dem Gebrauche der Theorie in Menschen, Thieren und Pflanzen*. §. 106.).

## MOTUS AB ORGANO SENSORIO AD CEREBRUM, ILLICO, PROPAGATUS.

XIII. Motus sat validus, qui in organo sensorio quoquecumque ab objecto externo concitat, brevissimum infra tempus, ac celat in momento cum medulla cerebri communicatur: Cum enim a quovis organo sensorio ad cerebrum usque nervus propagetur, qui et substantiam cerebri, et succo subtilissimo, seu, ut ajunt, spiritibus animalibus repletus (*§. 11. cim sch.*), fieri omnino nequit, ut quando intimes organi sensorii partes, quae partes quoque sunt ipsius nervi (*ibid.*) actione objecti externali pulsantur, partes illae subtilissime, et ad motum maxime aptas non simul pervellanter, ad motum concidentur, eumque cum aliis celeri more ad ipsam usque cerebri medullam communicent, quemadmodum simile quid in serie globorum eburneorum continuo evenit.

## QUID SPECIES IMPRESA, AC IDEA MATERIALIS?

Coroll. Quoties igitur organum sensorium extermum sat valide moverat, taliis in fluidissima in cerebris substantia motus existit. Schol. Neque enim, verba sunt Gassendi, nervulusque potest contingi, quin aliquatenus prematur (*Phys. s. 1. membr. 1. l. 6. c. 1.*); neque potest ullatenus premi, quin ob distensionem spiritus contentus urgeatur, neque spiritus ille sic urgari, quin

pellat, seu potius repellat vicinum instantem, ac pari ratione advenientem ex cerebro (Tom. 4. pael. in suis instit. med. ad pag. 563.); neque iste porro repellit, quin tota serie ob repletionem, continuatempore compulsa spiritus existens ad ipsam originem nervi, nervulice in cerebrum quasi resiliat. Atque hanc explicacionem vehementer probat, ac simplicissimam vocat Boerhavius. Hunc porro motum in ipso organo ab objecto excitatum speciem impressam objecti, aut etiam speciem sensibilem (*Phys. emps. s. 2. c. 1. § 31. schol.*), motum vero in cerebro jam existente ideam materialem compellant. Videatur quoque Dariesius.

## QUID SENSIORUM COMMUNE?

XIV. Sensorium commune est ea cerebri pars, in qua et ipsi nervi ac organi sensorii protensi, et eorum ope motiones ab ipsis organis propugnantes convenient.

Coroll. Unde nervi et cerebrum prodeunt, ibi necessario, et ipsi, et motiones illae concurrent debent; cum igitur id fiat in corpore calloso (*§. 12. sch.*), in hoc sensorium commune situm esse opinamur. Schol. 1. Confirmari id quoque experientia potest; ea quippe daret, solo corpore calloso non laeso, et si reliqua cerebrum vitiatum sit, animam in sentiendo non impediti; impediti contra, si vel hos unum hedatur. Cel. de la Peyrone, homini cui jam aliqua cerebri pars exenta fuerat, digito leniter corpori calloso admo[re] omnem illico sensu abstulit, qui tamen amoto rursus digito statim rediit (*Hist. de l'acad. de l'ann. 1741.*).

## QUID GLANDULA PINEALIS?

Schol. 2. Circa eum locum, sub plexu nimirum choroideo in medio cerebri ventriculo suspenditur glandula quadam exigua, piniformis, duriculosa, ac cinerea, pinealis dicta; connectitur ea infima in parte cum cerebri fibrillis, fungitque Vaterio judice eodem cum aliis glandulis munere, ut lympham ibidem a sanguine secretam in ventriculos dimittit (*Princ. phil. p. 2. §. 36.*). In hac glandula pineali Cartesius sensorium commune, ac propriam animas sedem constitutit; quam recte, illi viderint.

## QUID SENSIO ET FACULTAS SENTIENDI? — QUAR SENSIO REQUISTRA? — QUATUORPLEX SENTIENDI FACULTAS?

XV. Anima sentire dicitur, cum percipiendo motus ab objectis externis in organo sensorio excitatis, atque nervorum ope ad sensorium commune delatos, objecta eadem praesentia percipit. Percepit ea, quatenus ut anima actio spectatur, sensio, vel sensatio; quatenus objectum representat, idea sensitudo; potentia denique, a qua hic actus proficiens, facultas sentiendi, sive sensus audit. Coroll. 1. Ad sensationem igitur concurvant organa sensoria, motio[n]em ab objecto externo recipiendo; nervi eas notiones ad sensorium commune deferendo, ideas materiales animam ad perce-

ptionem determinando, anima denique percipiendo ideas materiales, sibique eo ipso corpus extermum harum motionum caussum representans. Inde nec sola anima, nec solum corpus sentit; sed anima ut cum corpore conjuncta; quare ipsa in sentiendo a corpore pendet.

*Coroll. 2.* Cum quinque sint in corpore humano organa sensoria (§. 10.), facultas quoque sentiendi generativa acceptam quinque species complectitur; facultatem nimirum tangendi, sive tactum; videndi, sive visum; addendi, sive auditum; odorandi, sive odoratum; gustandi, sive gustum. Inde oriuntur sensations, tactio, visio, auditio, odoratio, gustatio.

*Schol.* Auctor operis de natura, qui Albertrius esse creditur, seruum sensum adjectit, quo actionem honestam, vel turpitudinem percipere valeamus. Quemadmodum, ait ille, objecto oculis corpore lucido, et colorato in nobis excitatur sensatio lucis, et coloris, ita visa actione aliqua ejus moralitatis idea statim in nobis excitatur. *Igitur si admittendum (eius neget) 1,* sensorium visionis, non erit negandum séniorum moralitatis actionis. At enim falsa haec est, et absurdula opinatio; honestas quippe, et turpitudine actionum, cum solum in convenientia, aut repugnancia earundem cum regulis morum consistat, nullo modo sentiri, sed intellectu tantum, et ratione cognoscit potest. Quare quia ita rationes concludit, in materialistis casta aut jam transvisisse, aut proxime transitus jure censendus est.

## QUID DOLOR, ET TITILLATIO?

*XVI.* Sensione alias grata, et jucunda; alias ingratia, et molestiae menti accidunt; alias utraque hac affectione carent. Sensio ingrata dolor; grata titillatio nuncupatur; reliquae singulari denominatione carent.

*Schol.* Haec eleganter pertreat Malebranchius; ego exaudiatissimus Vater paucus adnotabo (*Recherch. de la vérité*, 1, ch. 3, §. 1, ch. 10. *Physiol. exper.* 6. 7. art. 2. cap. 9.). Pro diversitate istorum objectorum etiam fibræ istae varie percelluntur, et moventur; unde diversas ad modum tactus species oriuntur, cum alter necessario ab asperis, alter a laevibus, molibus, rigidis, acutis, humidis, siccis, frigidis etc. attингantur, et moveantur. Imprimis vero aliis gratia, aliis ingratia et dolorosus comprehenditur. Ille fit, quando fibræ, et papillæ, istae nervæ ab objectis minus rigidis, vel asperis, sed tenerioribus, melioribus, et laevioribus blandius attингantur, et quasi fricantur, et titillantur. Ita enim spiritus quoque leniter versus commune sensorium, cerebrum nempe moveatur, ex quo nihil incommodi neque corpori, neque menti accidat, sed potius voluptas, et delectatio excitatur. Quod si vero a corporibus validis acutis, aut solum impetuosis motis fibræ istae inclemens premuntur, tenduntur, aut prorsus dividuntur, et lacerantur,

non potest non fieri quia spiritus non solum simul impetuosis quam par est, commovereatur, sed etiam, si ruptura accedit, ultro, citroque ex iuxta limites ruat, ex quo tota fibrarum series ad cerebrum usque hostiliter irritatur, eoque ipso mens in consensu trahitur, et ad tristem sensationem, seu dolorem commoretur. Ceterum a dolorum sensu potissimum conservatio corporis nostri pendet; nisi enim ingrata sensatio ex laesione cuiusdam in ore partis oritur, destructio ipsius saepe citius, quam mens advertere possit, eveniret. Infantes certe, puerique vel ex ignorantia, vel ex temeritate maximum corpori damnum frequentius inferrent, nisi dolore admoniti a noxiis corporum contrectatione absterrenerent. Sapientissime igitur, beneficentissime que supremus naturæ Auctor constituit, ut anima nostra jucundis, molestisque sensationibus de corporis statu admoneatur, quo pro muneri sui ratione ipsius saluti propiciat; taceo ingentia illa bona, quae ex his doloribus in vitam moralem redundant. Sed et aliud praeterea quoad sensations observandum monet Silvanus Regis, ex quo non minus summa Dei in nos bonitas eluet (*System. de phil.* c. 1. l. 2. p. 1. ch. 15.). Mens nostra aliquas sensations refert ad corpus, quocum conjugantur; aliquas vera ad objecta externa, a quibus eae proficiuntur, istudque ad conservationem hominis maxime conductit; illud fit, cum corpus extermum impedit aliis nostri corporis parti applicatur, ut anima sive ad retinendum illud corpus tamquam utilis, si sensatio jucunda sit; sive ad repellendum velox noxiū, si ea sensatio molestiam adferat, incitetur; alterum: cum corpus extermum mediate, et per alia in nostrum agit, quo ipsa pari ratio stimulatur ad eas in suo corpore actiones susciptendas, quae ad objectum illud vel amplectendum, vel fugiendum necessariae sunt. Prioris exemplum habes in auctum pungente; posterioris in pomu eminus conspecto; utraque vero sensatio inutilis foret, si illam extra nostrum corpus ad aliud aliiquid; hanc ad nostrum corpus referremus. Quantas igitur Conditoris optimo gratias debemus; qui nobis tot subsidia conservando corpori suppedavit! Utinam in grati animi testificationem istud saltem semper bene uteremur.

## QUA SENSIO NVM LEX?

*XVII.* Cum motiones in organis sensoriis excitatae nervorum oper ad sensorium commune deferantur (§. 13.), palam est, qualitatem motionis in sensorio communi intelligi posse ex qualitatem motionis in organo. Quia porro anima sentit, dum eam motionem in sensorio communi percipit (§. 15.), necesse quoque est, ut sensio nis qualitas a qualitate hujus motionis pendeat; igitur etiam talis est in mente sensio, qualis motus ab objecto externo in organo excitatur, id est: qualis est species impressa, talis est idea sensuialis, haecque ex illa intelligenti explicari potest. Quare cum haec propositio universe modum, quem anima, corpore rite constituto, in sentiendo sequitur,

eminet, atque ex ea tamquam generali principio speciales sensio-  
num regulæ, quarum præcipuas nunc ordine proponam, profundant,  
ipsa merito sessionum lex, salutatur (conf. §. 8. sch.).

*Schol.* Dixi corpore rite constituto; non enim ignoro, animam mini-  
me sentire, quomodo cumque organum sensorium pulsetur, si nervi  
nervus aliquo ex capite vitiatus motum ad cerebrum deferre nequeat;  
sentire contra ipsam aliquando dolorem in parte jam resecta, si  
nervi extrellum, eo, quo ante, modo afficiatur, ut patet (§.  
268. n. 2.).

## QUAE SESSIONUM REGULÆ?

XVIII. *Varietas, et diversitas sessionum pendet ab actione ob-  
jecti in organo, atque a deo ab omnibus iis, que hanc actionem  
impedire, minuere, augere aut qualcumque ratione modifi-  
care possunt. Pro diversa siquidem actione objecti in organum diversa  
existit in eo motu, sive species impressa; sed talis est sensio, qualis  
est species impressa (§. praeo.); igitur pro diversitate, et varia-  
tate actionis objecti in organum diversa, et varia est sensio.*

*Schol.* Actio objectorum inorganica pendet 1.) a diversa ipsum con-  
stitutione: sic diversi dominis radii diversi in eundem oculi  
agunt. 2.) A diverso egrum situ comparate ad organum; aliter  
eum corpus remotum, aliter vicinum; aliter item directe, aliter  
oblique oculo oppositum, cumdem affectu, et averso organo actio  
prosternit impeditur. 3.) A diversa organorum structura; ita lux al-  
ter in oculos, alter in frontem, genas, aures agit, undulatio aeris  
in auro sonum efficit, non item in oculo. 4.) A perfectione struc-  
tuarie culvis organo debita; inde morbo regio laborantibus objecta  
flava apparent; febre jactatis cibi optimi non sapient; generatum  
organum vitiose minus perfectus est actio objecti; eo autem prouersus  
ablatio, aut destruere omnis sensatio ab eo pendente desinit; hinc  
nec caecum lumen, nec surdus sonum sentit. 5.) A perfectione or-  
gani acciendi ope instrumentorum procurata; quomodo nobis  
usu microscopiorum, telescopiorum, tuborum acusticorum eas sen-  
sationes comparamus, quas sine his numquam habuissimus.

XIX. *Quo vehementior, et velocior est motus in organo, eo for-  
tier, vel vividior est sensio. Cum enim generatim talis sit sensio,  
qualis est species impressa (§. 27.), necesse est, ut quaedam sen-  
sionis qualitas vehementiae, et velocitati majori motionis in organo  
respondeat; atque non apparet, in qua ea qualitas responda sit, ni-  
si in maiore vivacitate, et fortitudine.*

*Schol.* Fortior, vel vividior perceptio, monente Wolsfo; universum  
ea dicitur, cuius nobis magis; et debilior, cuius nobis minus con-  
sciit sumus. Porro eius nobis concili sumus, quod discernimus (§. 2.);  
et cum discernimus, perceptio, sive idea clara est (§. 54. log.); igitur  
conscientia claritatem sequitur, et perceptio fortior magis; de-  
bilior minus clara est. Patet inde claritatem sessionum a ve-  
hementia, et velocitate motus in organo consitati pendere.

XX. *Sensio fortior hebetat debilitem ab eodem organo pen-*

dentem. Hoc quippe in casu duas motiones diversas in eodem orga-  
no concurrunt, quarum vehementer, et velociter necessario debili-  
rem, et tardiorē hebetat; quare cum talis sit sensio, qualis est spe-  
cies impressa (§. 17.), consequens est ut etiam sensio debilior a for-  
tiori hebetur.

*Coroll.* 1. Si sensio una aliqua fortitudine alteram valde superet, fit  
etiam, ut hujus conscientia animo prorsus perdatur, sive ut ea a  
robis, nec existens, plang non appreciatur.

*Coroll.* 2. Cessante fortiori sessione illae, quae in consortium velut  
detinuerant, reviviscent, et claciores efficiuntur.

*Schol.* Hoc sessionum regulari quotidianâ experientia aperte susfra-  
gatur: gravis odor incensis suffumantis diffusitoris; ingratis cibi  
sapor; aditis condimentis non sentitur; interdui splendente sole  
stellarum lumen hand percipimus; excitato magno fratre tenues  
hominum voces, aut pulsatae citharas sonos non distinguimus, et  
sexcenta alia. Egregium hujus rei specimen protulit doctissimus  
Scherferus in dissertatione de coloribus accidentibus Vindobona  
anno 1761, in lucem data.

XXI. *Excitata in organo sensorio motio non amplius in no-  
stra potestate solum est, ut aliquam, vel nullam, hujus vel illius  
speciei sessionem habeamus. Cum enim talis sit sensio in mente,  
qualis est species impressa in organo (§. 17.), necesse utique est, ut  
hac existente illa quoque existat, speciesque illius ab hujus specie de-  
terminetur.*

*Schol.* Praedem iterum habere experientiam: nonne aperitis oculis  
scilicet intuis cogitis cum videre? cum igne brachium urire, ef-  
ficiere nequimus, ut sensio nostra aut dabilita, aut nobis grata appa-  
reat; quis oculo sonum, aure colorem inquam persensit? Indire-  
cte tamen, seu ajan, remote saepe sessiones ab arbitrio nostro  
pendent; possumus siquidem diversa ratione objectarum actionem  
impedire; organa avertire, excitata fortiori sessione; aut  
defixa tota mentis attentione in aliud objectum contemplandom  
debiliorum retinere. Denique recolenda hic sunt, quae in logica  
(p. 2. c. 5.) de recto sensu usu dixi.

## QUID VIGILIA, SOMNUS, ET DELIQUITUM ANIMI?

XXII. *Vigilare dicimus, cum gaudemus sessionibus claris, carum-  
quis, quod quidem per se intelligitur, conscientia; vigilia igitur est  
status sessionum clararum. Dominius contra eum nihil clare sen-  
timus; inde somnus ille animas status est, in quo ipsa sibi nelliis  
sessionis clarae conscientia est. Si ad somnum notabilis in corpore mo-  
tuum vitalium remissio accedit, animi deliquitum oritur.*

*Schol.* Somnum rursus in sonum profundum et somnium distribui  
intra dicam. Ceterum quae corporis constitutio sum ad vigiliam,  
tum ad sompnum requiratur, ex medicorum libris dici potest. De  
vigilia docet Boerhaavius (*Prael. in suas instit. med. t. 4.*); Pen-  
det vigilia a praesentia spirituum honorum copiosorum, in ce-

rebro, medullæ ejus, nervis, et musculis; tum simul ab huma conditione partum solidarum cerebrum, nervos et musculos constituentium. Quamdui enim successus spirituorum a cerebro per omnes nervos prompto induit, fibrasque omnes organorum seu ad motum, seu ad sessionem requisitorum debito modo expandit, et distendit, ut motus omnium objectorum sensibilium recipere queant, tamdiu etiam viget, et exercetur sensus, motusque animalis machinae, in quo exercitii vigilia consistit. De somno ita scribit Vaterus (*Phys. exp. s. 7. art. 1. c. 10.*): *Quamprimum succus nervorum a sua expansione, et elasticitate remittit, eo ipsis quoque fibrae organorum motrices a tensione sua remittunt, flaccescunt quadammodo, et conseauerint sensum omnis, motusque languent; immo ad tempus aliquod plane cessant, doneo novo e sanguine succo repleantur, et ad pristinam extensionem redigantur. Atque haec remissio, et quies sensus, motusque animalis dicitur somnus. Notanter vero dicitur quies, et remissio tantum in sensibus, et motibus animalibus in specie dictis, non vero vitalibus, quod salva vita fieri non poterat: eaque a succo in nervis aliqua immunitio, vel colum condensatio, et contractione, quae a variis admodum causis tam naturalibus, quam praeternaturalibus eisdem contingit, et quidem i.) ab immunitione succi istius spirituosi per labores, vigilias, curas, et similia; ii.) defectis ipsis succi nutriti spirituosi, sive naturali, ut in sensibus, sive praeternaturali, ut in aegris; iii.) ab ipsis succi lentore, crassitate, fixitate, eruditate, vel copia nimia, quae omni elateri maxime resistunt: unde etiam est, quod phlegmatici, et ebrii maxime in somnum propendeant, et contra his 4.) accedunt etiam alia, quae succi istius mobilitatem tollere, et impeditre possunt, ut medicamenta opata, venena, et similia. Quamprimum vero per quietem istam vires e sanguine rursus colligit succus ille, id quod communiter intra 6. vel 7. horas contingit, eo ipso quoque nervos, fibrasque replet, ut ad munia suâ redeant. Si causae praeternaturales accedunt, etiam diutius durat, vel plane tuncoplexi terminatur.*

## C A P U T II.

## De Facultate Imaginandi,

## QUID IMAGINARI?

XXIII. Nervi ab organis sensoriis ad sensorium commune pertinetes dupli ratione moveri possunt, vel enim motus concitat in extima eorum parte ab objecto externo, ac praesente; vel interiores partes, ipsique sensorio communi proximae ab alia causa quacumque pervelluntur. In utroque casu motus quaedam in sensorio communi, sive idea materialis existat, necesse est; atque in priori quidem ar-

ma sentit, objectumque praesens sibi representat (*§. 15.*): in posteriori vero imaginatur, ac objectum absens percipit.

Schol. Tenendum est, ait Malebranchius (*Réch. de la vérité. I. 2. p. 1. ch. 1. n. 1.*) *quotiescumque aliquid immutatur in illa cerebri parte, in qua nervi coeunt, toties et iam mentem pati aliquam immutationem, hoc est, ut explicatum: si in illa parte motus quidam excitetur, qui ordinem fibrarum interturbet, nosa etiam sit in mente perceptio, aliquid non sentit, aut imaginatur, ita ut mens nihil nosti unquam sentire aut imaginari queat; nisi aliqua in fibris ejusdem cerebri partis fiat immutatio.*

## QUID FACULTAS IMAGINANDI, ET QUID IMAGINATIO?

XXIV. Facultas igitur imaginandi, quae et plantasia dicitur, est facultas animae percepienti motiones sensoriis communis a causa quadam interiori effectas, earumque ope sibi objecta absentia representandi. Actus hujus facultatis imaginatio; idea vero excitata plantasma nuncupatur. Inesse porro in anima nostra hanc facultatem sensus intimus docet.

Coroll. Diversa phantasmatis affectio a diversa ideas materialis affectione pendet, critique ex clarior, quo concitator est motus sensorii communis (*conf. §. 19. sch.*)

Schol. Phantasiam aequae, ac sensum, ideas materiales in sensorio communi exigere dubium caret: eam enim facultatem in cerebro pondere, et experientia quotidiana et consentiente medicorum suffragio conformat: hebetatur nampe morbo cerebri, restituto cerebro restituatur, et vero prorsus destricto et ipsa tollitur, quemadmodum sensu contingit. Est praeterea phantasia diversae efficacitatis in diversis hominibus, alia in viris, alia in feminis; quin et in eodem homine pro diversa aetate, de quo rursus videatur Malebranchius (*Loc. cit. l. 2. p. 1. ch. 6. et p. 2. ch. 1.*). Ex his recte colligimus esse quidpiam in cerebro, quod operationiphantasiae respondeat; quid illud? nomine motiones, quales cum sensione conjunguntur?

## QUADRUPLEX FACULTAS IMAGINANDI.

XXV. Possunt in sensorio communi a causa quacumq[ue] interna non modo motiones olim habitas, sed novae quoque, et insolitus excitari: quia ex ratione facultas imaginandi duplex est: cum motiones prorsus novae sunt, eam facultatem imaginandi absolute, cum vero excitantur motiones alias organorum sensoriorum ope acquisitae, eam facultatem voco facultatem reproducendi ideas rerum jam alias sensu perceptiarum.

Coroll. Cum cuivis phantasmati sua in sensorio communi idea materialis respondeat, necesse est, ut, cum ideas per phantasiam reproducerit, similis prorsus motio in sensorio communi existat, qualis cum praecedente sessione conjugebatur.

Schol. Wolfius quidem, Boehmius, Baumeisterus, aliquis complures

contrarium opinantur; putant enim nequaquam fieri posse, ut mens unquam sibi aliquid imaginetur, quod ante sensu non percipit: quare generatim facultatem imaginandi definitur per facultatem reproducendi ideas olim habitas. At vero cum viri hi clarrisimi praeceptor definitionem ad arbitrium statutam nullam asserti sui rationem adferant, me ab ipsis dissentire agere non ferent; quid enim? dubitarene prudenter poterit, fieri posse, ut spiritus subtilissimi, et ad motum maximam apti quacumque de causa praepter consuetum ordinem fortius agitari novas quandoque in sensu communi motiones efficiant, quibus pari ratione novae quoque in mente idearum respondent? consentientem habeo Bostrahium, cuius hoc in argumento autoritatem respondeo nequeo (*Praefect. acad. de morb. nerv. t. 2. de morb. ex imagin.*). Quando nunquam, ita ille, talis perceptio fuit, tunc oritur idea nova in mente, quamvis tantum admiratur, et unde perturbatur; haec milles accidunt, imprimis in morbis acutis, in quibus saepe nascitur idea, cui similem aegri nunquam haberunt, nec unquam forte habitu sunt. — Videamus ergo, quod interiora sensoria communis per morbos ita possint affici, ut ideas faciat novas, nec ad alias referendae. — Crediderim neminem esse, qui febre laborat dum delirio, quin tam nova, et insolita ipsi occurrit, ut dicat, nescio, quomodo fiat, ut sive dormient, sive vigilans cogitem illis rebus, quarum nullam unquam habuit idea.

## QUAE FACULTAS FINGENDI, FIGMENTUM, ET VICTO?

XXVI. Objectum, cuius idem olim sensu perceptam, nunc reproducet, vel totum, vel quoad partes solum tum percepi, si primum idea reproducta phantasma in specie; si alterum, phantasma fictum, seu figmentum; actio vero illa fictio compellatur. Igitor et facultas reproducendi ideas rerum olim sensu perceptarum, qua pollo, vel est facultas reproducendi ideas in specie sic dicta, vel facultas fungenda.

Schol. Figmenta igitur divisione, et compositione efficiuntur; cum niminim ideas partiales diversarum idearum compositarum, per imaginationem seorsum reproducentur, et in una conscientia; inde ortum traxerunt idem centauri, harpyiae, sphinges. Magnum haec augendi facultatis poensis, architectis, pictoribus, aliisque artificibus usum praestat, ars quoque hieroglyphica olim inter Egyptios aego celebris, in qua certis figuris variae rerum significaciones tribuantur, inde orta fuisse videtur; vid. Mosheimus in Cudworthum (*3yst. intell. c. 4. §. 18. not. 65.*).

## QUAE LEX IMAGINATIONS?

XXVII. Saepissime, cum rem aliquam percipio, reproducere per imaginationem rei alterius non absens, sed olim perceptae ideaem. Si animos ad me electens, inquiram, cur hanc potius, quam aliam quavis ex innumeris, olim habitis reproducam, deprehendo, res has vel

olim simul a me perceptas esse, vel magnam inter se habore similitudinem; igitur praesente idea alicuius objecti phantasia reproducit ideam alterius objecti vel olim simul percepti, vel similis. Haec est lex *Imaginationis*.

## QUAE CASUS EXCEPTUS — QUAE CEREBRI DISPOSITIO AD HANC LEGEM REQUISITA — QUID VESTIGIA CEREBRI?

